

AIMOINUS

MONACHUS FLORIACENSIS.

NOTITIA HISTORICA.

(Apud FABRIC., *Biblioth. med. et inf. Lat.*, tom. I, pag. 33.)

Aimoinus, sive *Haimo*, patria Petricorius Aquitanus, a librariis modo in *Aumonium*, modo in *Aimonium*, *Amonium* vel *Annonium*, transformatus, monachus ab an. C. 970 cœnobii *Floriacensis*, sive S. *Benedicti* (*de Fleury*) ad Ligerim. Hic an. C. 1005 Vitam et Miracula abbatis sui *Abbonis* (1) (quem priore anno Wascones interfecerant) consignavit ad *Hervæum*, sive *Herivæum*, clericum thesaurarium S. *Martini*. Vita exstat in Joannis de Bosco Bibliotheca *Floriacensi*, Lugduni 1605-8, pag. 299; in *Pithæi* XII *Scriptoribus*, pag. 428; et tom. VIII *Actorum Benedictin.*, pag. 682. Eidem *Abboni* dicavit libros IV *Historiæ Francorum*, quam ad *Pipini* regis inaugurationem sive in an. C. 752 deducere voluit, sed substitit in fundatione monasterii *Floriacensis* circa A. C. 650 vel 660. Cætera igitur a libri quarti capite 42, in quo *Chesnii* editio desinit, et liber quintus usque ad annum 1165, addita a monacho quodam S. Germani Paris. aliisque. Vide *Labbei* diatribam de *Aimoino*, tom. II de S. E., pag. 829; *Cointii* *Annales Francorum*, tom. I, pag. 842, tom. II, pag. 164; tom. III, pag. 401; tom. IV, pag. 117, etc.; *Launoium*, inquisitione in chartam immunitatis, pag. 77 seq., ejusque inquisitionis assertione, pag. 620 seqq., quæ utraque scripta recusa tomo *Launoii* tertio *Operum Nicolai Hieronymi Gundlingii* *Frag-Stucken*, XIV. Edita *Aimoini* *Historia* a *Badio* Paris. 1514 fol. sub *Annonii* nomine, et restituta *Aimoino*,

(1) Ex *Miraculorum* libro unicum modo caput superest.

A recensitaque a *Joanne Nicotio*, Paris., Apud *Andream Wechelum* 1567-8, deinde a *Jacobo Breulio* ibid. 1603 fol. et in *Joannis a Bosco* Bibliotheca *Floriacensi*, Lugduni 1605-8, nec non in *Scriptoribus Francicis Marquardi Freheri*, Hanov. 1613 fol.; denique in tomo tertio *Andræ du Chesne*, Paris. 1641 fol., ubi etiam *Poema de prima fundatione cœnobii Floriacensis*, versibus hexametris, itemque alterum *de translatione reliquiarum S. Benedicti in Galliam*, quod obvium quoque in *Mabillonii* *Actis Sanctorum ordinis Benedicti Sæc. II*, pag. 359. *Sermo in festivitibus S. Benedicti* cum versibus *Mauri Paulique*, *Casinensium monachorum*, *Smaragdi abbatis*, *Aldelmi episcopi*, aliorumque, in laudati *Joannis a Bosco* Bibliotheca *Floriacensi*, pag. 270, in qua etiam pag. 79, *Historia Miraculorum S. Benedicti*, libris II ad *Gauzlinum*, sive *Gauslenum* (2) abbatem, postea *Bituricensem archiepiscopum*, quos habent quoque *Bollandus* ad 21 *Martii*, pag. 324, et *Mabillonius* *Sæc. Benedictin. IV*, parte II, pag. 366. *Sigebertus Gemblacensis*, c. 101 *Aimoini* *Historiam Francorum* memorans, scribit situm etiam *Gallarum* distinxisse. Dedit et *acta translationis S. Savini martyris* ex templo jam diruto et deserto ab abbatiam quæ nunc S. *Savini* dicitur in *Pictaviensi* ditone. Acta ista legas apud *Martene* *Vet. Monum. Tom. VI*, pag. 806.

(2) *Trithemius*, cap. 305, ad *Renaldum monachum*.

NOTITIA LITTERARIA.

(*Histoire littéraire de la France*, tom. VII, pag. 218.)

Il ya d'*Aimoin* de *Fleury* une *Histoire des Francs*, C jugement. Il y mit donc la main du vivant d'*Abbon*, qu'il entreprit d'écrire par ordre d'*Abbon* son abbé, et par conséquent avant 1004, qui est l'année de la mort de ce dernier. *Aimoin*, dans la même épître, comme il le déclare lui-même dans l'épître dédicatoire, par laquelle il la lui dédie et la soumet à son nous a tracé lui-même tout le plan de son dessein.